AD PERITISSIMVM,

Nec non probatissimum, in arte Medica Doctorem, Ioannem à Luna:amicus suus Bartholomeus Montesinos, in eadem professione, ipso met lauro: fideliter á suis acceptus.

EX ARISTOTELE VNVM CERTVM Verumq; dissolvimus,non sufficere ad scientiã alicujus, quod sciatur universaliter, & confuse, sed oportet scire determinate,& distincte: igitur opinio,quæ contra recipitur, ut averitate nudata: aspide ultra fugienda erit.Nam ex nostra quidé memoria in surgit,& elebatur in altum,certum scientiæ principium (experientia)dictum,ex multis quidem actubus,nec non eventubus confirmatum, quod quidem nos omnes certos facit de infinitis tercianis Febribus intermittentibus,elapsis annis ingenti malignitate,& sevitia universum mundum cruciantibus: qui enim experientiæ fidem non dat ignota habet nota per se principia, sole utique lucidiora. 5.*Ethicorum.*

Igitur quam confusa quam indistincta, quamque veriate se parata sit quæstio illa cum Marte tan Belligerata, quæ non solum academias imo Plateas infinitas invisit,substantia cujus,ita evoce dillavitur,ut non aliter sonet quam terciana Febris,nec ulla alia intermittens potest esse Pestilens: quam quidé duæ veluti columne substinentes (famulas suus auctor vocat) nec eam defecare potentes sinistræ admodum apposite fuere, nam si famulæ propter dissimilitudinem cum Domina non comparantur, cur obsecro cum domina utilitatis aliquid communicavunt? Igitur aprobationem quã queris ad tuam quæstionem per predictas famulas alatis pedibus fugere oportet. *Arist. Ethi.* 9.

Vnde totavis tuæ quæstionis pédet exiligitima probatione illius medii asserétis, quod omnis morbus acut9 habés febré debet habere continuã in Pestilétibus sunt Febres,& sunt morbi acuti,ergo debét esse cõtinuæ; ex quo coligis quid terciana Febris,& aliæ intermitté tes cũ nõ sint continuæ, nõ sunt etiã Pestilentes,& per qoñs carent

periculo. Quàm ſit tua in ferentia falſiſsima aperte intueris, ſi cum Galeno ſcias poſſe dare morbos acutos lethaliſsimos abſque etiam Febre. Quod ſic probo authoritate tancti Cardani qui adjuctorium prebens, ſic fatur, morbus acutus neceſſario Febrem habet ſibi junctam. 1. Aphor.com.7. & 3. Creaticorum c.ulti. Verum. 3.Prognoſtico.34. dixit convulſionem eſſe aliquã ſine Febre, cum tamen numeretur inter morbos acutos, & 1.Prog.26. diſtinguit acutos morbos cum Febre venientes, abjis, qui ſine illa; &. 2.Aphorum.19. idẽ agit, & 5. Aphor. 30 connumerat convulſionem comitialem morbum, attonitum, & diſtentionem qui ſine Febre advenire poſſunt, idem dico decoli dolore. Reſpondeo, morbi acuti qui Febrem ſibi adjungunt, neceſſario eam ſortiuntur in ſe parabilem, non tamen omnes Febrem ſibi adjungunt: hoc tamen voluit Galenus in.7.com. primæ particulæ,& 12. cap.3. de Criſibus: at tamen verba aliam videntur præfere ſententiam, inquit, enim ibi: ut autem Hipp.dixit cũ Febre eveniens accidens: eſt neceſſario celeriter judicari: quare non omnis acutus cum Febre gignitur, Interpres non eſt lapſus, ſed quidam legentes ut, & pleraque alia in contrariam directe Galeno ſententiam verba hæc adduxerunt. Hæc Cardanus.

Lib. contrad. tractat.4. 18.

Nec abs re exiſtit te tuis telis cruciemur ais enim quod Peſtilentes ſunt morbi acuti; Sed iſti poſsunt venire citra Febrem cum Gal. qui ait cũ mortales vel citra Febrẽ Peſtis corripiat, & inde quibuſdam ante Febres, aliis cum Febribus, aliis poſt Febres ipſas hæc evenerunt, ulcera ſcilicet, ſed quid enim prohibet ait Cardanus cõtrac. 2. tract.5. c.4. ut invenenis, quæ bibuntur, aut, quæ animalia jaculantur, ne mala ſit conſimilis in aere qualitas citra Febrem, quæ homines derimat? Rurſus ſi Peſtilens morbus Febrẽ neceſſario poſtularet, eſſet Febris ipſa Peſtilens morbus: atque etiam unius generis obid, at ut docebimus earum Febrium, quædam tabificæ, quædam continuæ, quædam intermittentes, unde Hipp.3. epid. ſect. 3. cõm. 35. de conſtitutione Peſtilenti loquens cum dixiſſet, Februm ardẽtium, quæ urgebant hæc erat natura: poſt pauca ſubjungit. Erant præterea Febres aliæ de quibus jam acturus ſum. Explicat autẽ eas non ſtatim, ſed poſt pauca dicens: multa præterea alia Febrũ genera vulgabantur tertianarum quartanarũ, nocturnarum continuarũ. &c. Apparet igitur Febres comitari Peſtem, nõ autẽ Peſtem eſſe genus. Hęc Cardanus, & multa alia in noſtra cõfirmatione relata, quæ quia lõga dimitto lectori duo eliciuntur ex his cardani literis. Vnũ & primum qualiter morbi Peſtilentes acuti cum ſint poſſunt venire abſque febre. Alterum quod te jugulat, quo oſtendit quęſtionẽ tuam

3. Super. 3. Epidem. cõm. 58. Textu comm. 28.

quam

quam pronoba promittis multo ante ad digitos Cardani accessisse cũ promittit intermittentes esse Pestilentes posseque Pesté contrahere, at nos indiscursu Textum promittimus vertere nostro salutari modo: igitur dantur, & possunt dari morbi acuti, & si Pestilentes à Febre nudati.

Tam est bona ista nostra divisio, quod si tuã præcognovisses, minime in tuo proposito aberrases certus sum: nam hic est bonus doctrinæ processus, semper à bona divisione sermones profferre: divisio quidé ex bona dialectica dignior est omni diffinitione, & demostratione: Ist hæc enim ab illa tamquã aprimordia, ea quæ sunt reci piunt: hac enim ratione sequitur tanti faciat Galen. illustrem virum Mnesitheũ, qui a primis atque supremis incipiens generibus: putavit secari illa oportere in alia genera, speciesque ac differentias: hæc rursus in alia dividi, ac denuo ista eodem modo, donec ad talé pervenerimus speciem post cujus divisioné, ad unum numero, & individuum devenerimus. & infra etenim, quæ in aliis institutionibus cõtingunt errata, & quæ medici nunc in ægrotantiũ curatione delinquũt, hanc primam, & præcipuam causam habent, divisionis scilicet Prabitatem. Si te doctrina ist hæc confodit amice, mesto hercle sensu, tua crimina planges, in primis enim non divisisti nisi prave confuse ac indistinte acutos morbos, quando omnibus dedisti continuã febrem, & ex hac periculũ. 2. non nisi adultere divisisti intermittétes, firmando illas in altero more, remoto bene ab illo vero sui primi au ctoris Hipp. qui quidem in cõstitutione Pestilenti ubi quidquid flavat pro tunc, erat Pestis, & omnia Pestis; est notum, non subverteret morborum naturas, nã si Pestis est morbus comunis sufficit dicat multa pręterea alia genera febriũ vulgabantur quasi continuas tercianas quartanas, & reliquas comuniter omnes in illa tempestate apræhenderet. Vnde si tu bene divisseres primo quidem teneres diffinire febrem acutam aliam cum febre, aliam sine febre: utramque mortalem. Et ultimo demostrare quod si utraque mortalis, non erat necesse quod Sole contine fuissent Pestilentes, cum intermittétes etiam Pesti adjuncte est posibile tam ex se, quam ex Pestis Gémina causa posint, quasi cõtinuæ: sua simplici mortales fieri, ex quo sic formo meum fortimum argumentum. 1. Ad Glauc. cap. 1.

Datur morbus acutus aliquis, qui sine febre est mortalis, ut patet de attonito, sive apoplexia: igitur multo magis si eidem adjungatur aliqua febris: talis est Pestis cum terciana exquisita, igitur datur aliqua intermittens acuta Pestilécialis mortifera. Major sunt notę cõsequentia evidentisima, nã Pestis, est morbus acutus, terciana ex-

quiſita, eſt etiã aliqua febris;& tunc ſi quod eſt ſimpliciter tale,facit tale:multo magis quod dupliciter eſt tale at quod aliqua intermittẽs ſit acuta,& per qoñs lethalis,multis auctoritatibus ſcatet quarũ auctores loca,& expreſſa verba in medinm adducere non pigebit.

Imprimis Gal. ex fideli mundella in ſuo theatro ſuper ejus veros libros titulo febres acutas hic loquitur ex intermittẽtibus vero acutiſsima eſt terciana: & inde at quemadmodũ exquiſita terciana acuta eſt : rationemque hujus verbi reddens,format Gal. locum alterũ ubirreffert febres acutiſsimæ,& ardentiſsimæ aſlavabili, oriri:& terciana ex ardentium eſt genere,& infra febres præceteris calidiſsime ſunt cauſon, & terciana, & eodem ſolio febres terciane maxime exacutis , quod quidem comprobãs ipſe Mundella ex ejuſdem Galeni mente ſic ait, febres ardentes præceteris ſebribus, & tercianas oriri propter ſlavevilis exuperantiã declaravimus incõmentaris de diſerentiis febrium atq; hoc cõvenire inter illas,eſſe acutas:ex verſione Leoniceni, nec non etiam Theodori,& antiquę traductionis,deſumuntur ex Hip. iſtehc verba,qui autẽ immoderata ſiccitate laborant febres contrahunt acutas,tercianas ſcilicet,& cauſones,& 30.tercię Sectionis abeiſdem auctoribus ſic accipimus ſed acutorum maxime tercianas,& ardores,& alia litera ſed exacutis tercianas maxime,& febres radentes.Hæc enim præceteris ſunt bilioſiſsimæ.Quam partemnittens defendere Petraſitanus Gal.querit ex quo ſimul,& Hip. cũ Avicena Capitulum informat ubi ait eveniunt tamen hujuſmodi vomitiones in eis perbilioſiſsimos morbos, quales ex quiſite tercianæ cenſentur,& alibi ex hoc Hipp. loco haut obſcure coligitur tercianam febrem exquiſitam inter morbus acutos eſſe reponendã, vocat Gal. exquiſitam tercianã,illam cui,& acceſsionis tẽpus breve eſt & initium cum rigore,& cũ ſudore ſolutio, viliſque vomitu,vel etiã inferne alvo vilioſſa dejiciente:hanc autem acutum eſſe morbũ,clariſsime in præſentia Hipp. innuit,dum inquit vomitionibus illã ſolvibilioſis;conſtat autẽ eũ in hoc opere non de aliis affectionibusquã de acutis verba facere. Sic enim ipſe initio dixerat conſiderare oportet per mobos acutos , & c. & infra Prognoſtico. 36. dicet hæc intelligo de morbis acutis , ſed tercianam morbũ eſſe acutũ voluit manifeſte Gal. lib.3. Aph.cõm.29. quo in loco reddens cauſam cur hæc febris,& ardens plurimum jubenibus accidant dixit,quoniã terciana,& febris ardẽs inter acutas febres ſunt vilioſiſsime, vilis vero plurima in jubenibus ratione etatis redundat:id circo febres iſte frequenter juvenibus eveniunt. In eadem eſt ſententia Acevina,qui de diverſorũ cõſtitutionibus loquẽs inquit Spaſmus Siccus, Epileplia,

3. De Hipp. & Pla onis decretis.
3. Aphor. & 1. Viægarium Comm. 2.
3. Aphorum comm. 8. 32. ſup. 3. Prong. lib. 2. de diff. februm. c. 11. & 1. Epid. p. 1. comm. 23. & p. 2. comm. 25.

Apople-

Apoplexia,& Squinantia sunt ex acutis non valde,(doctrina Isthęc maxime intentum superbis cōfirmat) terciana vero pura,& causon sunt de acutis non valde;hæc Petrafitanus:nec minus elaboraverūt veritatē istam, Gulielmus Plantius,& Nicolaus Leonicenus super Gal. 3.Aph.cōm. 29. ubi expresis verbis sic dicunt nec enim simpliciter dicere oportebat acutos qui,& impueris nihilominus fieri videtur , sed exacutis tercianas maxime : & febres ardentes . Hæ enim præceteris febres sunt viliosissime , & quia non turgeat anima tua aprehendens doctrinam alatā de tercianis continuis , aut Semitercianis , audi lupejum in suo spiritu super hæc verba sic loquētem in Gal.anotationes,ceterum ne licet dicere quod Gal.hac parte loquitur de terciana continua quia hæc nō differt a febre ardenti, dicens igitur tercianas,& febres ardentes,indicat de terciana intermittenti loqui; cum dicta Galeni contemplanti, non potest , non esse perspicuum.Sed quid majore probatione indigemus quā,quæ a Galen. offertur, quando sic fatur Hipp. igitur tercianam aliquādo cum adjectione exquisitam nominat aliquando vero simplici appellatione contentus,tercianą tantum modo:Sicuti nunc quoque consuetudo Grecorū est hujusmodi res omnes dupliciter nominare,sic Leonicenus Vincentius in sua versione, nec non etiā Brasavolus noster. *6. Epidem.pt. 2.comm.23. 14. tract. 1. cap. 4. Super Aphor. 29. 4. Aph.59.*

Dato igitur quod terciana exquisita exalegato , est morbus acutus : restat modo definire quis ipse sit, & an sub ejus definitione cōprehendatur nostra terciana nam. 2.Gal. si morbus acutus est cujus motus est velox,& cito ad periculum venit (& si definitio isthæc potius archigeni est tribuenda) necesse est, quo ad primā definitionis partē terciana exquisita sit morbus acutus,nā cum ipsa sit febris brevis quæ.7. circutibus terminatur qui quidē.14.dies includūt:necesse est consequenter sit febris celer, celeritas enim sic statuit brevitatē, sicut acuties periculū quā obrē,qui cumq; morbus acutus est,ut brevis etiam sit est necesse,non tamen e contra, nā si exacutis desumitur periculum,ephemera febris,& si brevis quia non periculosa ideo non acuta,est tamen brevis: at terciana febris est morbus acutus ut ex superioribus patet, igitur habet celeritatē, & per qoñs brevis sit, est necesse. Dicebat Hipp.tercianā puram quoad plurimū. 7.circuitubus terminari (nec obstat dicat lib.Coacarum prænostionum nobem periodis posse judicari) at septem circuitus. 14. Costituunt dies, sed Hipp. acutos morbos. 14. diebus dixit finiri. Igitur si terciana febris includit hos dies necesse est sit morbus celer, & brebis, multa circa hoc se se offerunt dicenda, sed in rebus patentibus pauca faciant evidentiam necesse est. Restat modo ad secundā partem *Lib.2. de Decretoriis. cap. 12. 4. Aphorum 59. 2. Apherum 23.*

definitionis devenire,quæ proponit periculum habere morbus acutus simul cum ipsa celeritate adhoc ut talis sit.

2. Aphorum comm. 25. Quæ pars probabilis erit si magnitudinem secũ,tercianã exquisitam Sympthomatũ ratione eam cõmittantium probavimus habere: nã tunc morbi illi cũ magnitudine,& acuitate sunt,qui brevi terminantur,& in quibus citissime pericula adveniunt:brevis autem eorũ terminatio significatur, ea,quæ decimum quartũ non trascẽdit diẽ, qui terminus ultimus est brevium morborũ, & eam obrẽ acuti morbi cũ breves nominentur, decimum quartũ non trascendunt:ideoq; *3. Aphor. 23.* Hip dixit acuti morbi in quatuor decim diebus terminantur sic suos absolvit dies terciana exquisitia igitur morbus est magnus acutus; unum solũ restat quo glorieris, dicens cum Gal. 1. Prognost.& 25.& 3. ejusdẽ cõm. 10. Vbi de acutis loquitur qui cum febre sunt,morbũ acutum eum esse qui cum magnitudine quadã ac febris continuitate *1. Ad Glauc. cap. 2.* demonstratur. recte quidem si cũ eodem Gal. in tercianis febribus; sicut in quartanis semper febris vestigiũ non permaneret,quod certe ipsas suo modo, & confimatione nostra ad propositum cõtinuat, at est imperceptibile medico sensuique infirmi. Quia ut querit Arist. quẽ citat noster Antonius Cartaginensis in suo de Pesti tract. 8. c. 2. lib. 1. Sensus tactus culpa sua differentias aliquas, quibus pulsus affectus est cognocere non valet: quia sensui omnium materialissimo manifeste nõ sunt,indeque tactus decipit corpus,sicut visus animæ: proinde dicebat Gal. ad pulsuum exactissimã,& absolutissimam co*Lib. 1. de dignotinibus pulsuum lib. eodẽ cap. 6.* gnitionem, requiri tota humana vita: & merito,nam si ex ipso Gal. pulsum magnum & vehementem habent omnes,qui sunt moderato corpore,& natura temperata,& etanti florẽti maxime vere, ex anni temporibus: & eadẽ parte ait pulsos magnos,& vehementes habere qui Syncera laborant terciana, ut obsecro percipiet quis hunc pulsum in predicta terciana circa talem ætatem corpus,& naturam? & postquã ad integram intermisionẽ veniat ipsa febris ut erit medico ut per tactum sciat pulsum remanentem esse naturę temperatæ,aut qualitatis febrilis? Si unus est idẽ pulsus tam in hac quã in illa. At dices per qualitatem mordacem si quã habeat:hæc ad intermissum nõ est posibile appareat; igitur optime scienterque a Gal. antea dictũ *Lib. eodem c. 8.* est pulsus dignoscere magnę esse difficultatis,nec in merito etiã quia si pulsus celeres,& tardos ait esse,non egrotis modo,verum etiã val lentibus nonnullis: 1. depulsuũ causis c. 4. Si talis pulsuus bene vallenti,ut cognoscetur eidem in adversa valetudine? & in ejus expulsione ut etiã judicabitur a medico illũ bene vallere;maxima quidẽ difficultas proinde ittidẽ dicebat ipse met Gal. eodẽ libro quod pul

suum

suũ dignoſcendorũ ars navos induſtriosq; nõ voluptuarios querit, & ad initium etiã ejuſdẽ libri ſolitus eſt dicere pulſuũ dignoſcendorũ magna difficultas quod tẽpus exigat lõgius,& tactu opus ſit exercitato,& in hoc venit quod ſupra notavimus tactũ corpus decipere.

Sed ut ad propoſitum revertamur nõ oblitus ſum quod propoſui probare ſcilicet tercianã exquiſitã ratione tantũ magnitudinis Sympthomatũ morbum eſſe periculoſum:tantũ dixi quia ut novimus ex Gal. ubi ſupra ſufficit ut morbus acutus cõtrahat periculũ cũ quadã & particulari magnitudine (ad differentiam illius , qui ex vi ſua, & Sympthomatũ lege,ratione gẽmina eſt periculoſus) quod coligitur ex verbis Gal. ſonantibus qui cum magnitudine quadã) præter quã quod morbus etiam magnus dicitur ex Iulio Alexand.in ſua Antargenterica c.7. intemperatura ita magna, quæ cõmunem medio critatis menſuram præter greſſa fuerit , & terciana febris eſt quædam calidiſsima, & ſiccisſima diſcraſia in hoc mẽbro , me herde magnus quidem eſt morbus præſertim in ſua ſiccitate extrema , ſuperlative ſic dicta a Gal.qua quidem imprimis periclitari egros affirmat ipſe Iulius, igitur ut Sympthо. rationẽ in terciana exquiſita evolvamus, quorũ cauſa morbus magnus dicetur : eſt ſciendum quod veluti ex motu deſumitur per acutorũ celeritas pari modo ex Sympthomatũ ſevitia,& pravitate deſumitur etiam,& magnitudo,quam evidentiã ut veriſsimam aprobat Iacobus Steve ſuper Hipp.ubi acutorũ morborum rationem exprimens ait, cũ enim acutorũ morborũ ratio ex duobus deſumatur ex motus nimirũ celeritate atq; Sympthomatũ ſevitia, &c. Ex quo conſumatus ſilvius in ſuo cõm.in Gal.lib.ult.de feb.differ.c.7.nittens adhærere hanc Sympthomatũ ſevitiam potius viliofis febribusq; reliquis fatur ſic: magnitudo febris in caloris exceſſu eſt,ac facultatum corpus noſtrũ regentiũ magna:febris autem viliofa omnium calidiſsima (in hoc termino calificata eſt terciana exquiſita in Gal.)& actiones naturales maxime proſternẽs, vitales, & animales etiam depravãs,per caloris exceſſum(unde Gal.quantũ maxime fieri poteſt refrigerare ac humetare oportet) ſitim,in quietudinem, in ſomniã,deliria,ergo viliofa maxime cũ ſit, & celerrima acutiſsima,& vehementiſsima: non poteſt esſe diuturna,ſed citius ad ſalutẽ cum robuſtis,aut mortẽ cum debilibus naturis terminatur Ecce quid dicat tantus vir Sylvius Ioannes Coſteus,& Ioãnes Paulus Mongius, cũ hujus tercianæ memores fuiſſent,ejusq; Sympthomatum ſevientiũ demente,& bono aliorũ cõſenſu, ſic alloquuntur; contra tamen nonnulli tercianam puram nõ ſalubrem ſed omnino lethalem, exiſtimant:ubi a ſyncera ſit vile(quaſi diceret ab extremo

1. Progn.25. & 3.cõm.10.

2. Epidem Sext. 1. cõm. 7.

1. Ad Glauc cap. 10.

Ferr. 14. ſuper Avicenã Text.2. c.4.

incendio) ajunt nempe cũ bilis pura vehementis fit caliditatis, quæ aliena re, non refrangitur: accidẽtia abea, ita accidere seuia, ut eger accidentium vi, & morbi magnitudine illico deficiat, nam sicut dicebat Galen. ex versione mundellæ in suo theatro ex tercio Methodi, morbi simplices sineque ulla compositione veluti quædam elemẽta sint, est manifestũ: unde. 2. Prog. Text. 5. ex versione antiqua humores puri, omnes mali sunt, excepto sanguine, talis est vilis pura in terciana pura ergo terciana exquisita est febris periculosa, & lethalis.

Nec debet terrere objectio, quæ circa hoc moveri potest, nã poterat aliquis obiare dicens transacta accessione, quæ raro duodecim equinotiales oras pertrãsit, cum quietis spatiũ satis prolixiũ habeat hæc febris terciana scilicet exquisita: habet quo vires reparentur, inde non tam facile posse hominẽ occidere. qui enim hæc percipit cõ-

8. *Ad Glauc. cap. 2.* sultare tenetur Gal. sicuti superius notavimus qui sic fatur, nam arteriarum motus in hoc in totũ assimilatur huic qui insanis depræhẽditur cũ in nulla alia febre (nota bene) ad naturalem habitũ revertatur, nec si multũ temporis inter primę accessionis finẽ, & secundæ principium intercidat: quemadmodũ in tercianis, & quartanis: in illis enim febris remanet signum in Ephemeris autẽ in totum abolectur accessione cessante, quod est dicere quod nullæ febres præter diarias ad integram febrilis caloris vacuationẽ veniunt, & si in intermittentibus ut in tercianis, &c. Cesset accessio. Igitur, & si ad apparentiam tercianæ febres videntur intermittere, in rei veritate falsum est dicere quod in totum desinunt, cum in eis sicut in reliquis in

4. *Apho. 43,* termittentibus per Gal. vestigiũ febris remanet. Quod si dicat Hipp. quocumq; autẽ modo intermisserint quasi velit aliquo modo intermittant nihil ad rem: nã si vertimus 2. Laurentian. & Theodorũ Tx. debet dicere; Sed si quovis modo intermittunt, quasi cõdicionaliter nihil supponat in esse vero, quod si causaliter fiat, vel contingat aliquã intermittere jã tunc necesse est ab sit periculũ: at cũ sit raro, est, uti dicere Hip. per paucas esse intermittentes, quæ periculo vacent. Nisi mavis dicamus quod quemadmodũ vulgari voce solemus dicere quod non omnes homines sunt mali, ut vice versa confirmemus per paucos esse bonos. Sic etiam testemur non omnes (periculosas esse) intermittentes: ut cõtraria ratione affirmemus per paucas esse sine periculo, nam si aliqua intermittit ex eis, & ex intermissione sequitur securitas. Iam hoc cõprobat omnes non intermittere, & per qoñs periculosas sive multas, sive plurimas. quã sit hoc verum colligit Petraphitanus nec non etiã lupejus, qui quidem affirmant non omnes intermittẽtes esse salutiferas, quasi inferamus per paucas esse

tales

tales igitur si ex Gal. ubi sup. 1. ad Glauc. intermittentes tercianæ ut & reliquæ, & si intermittant, permanent cum febris signaculo, sequitur evidenter calorem nostrũ naturalẽ in tercianis, non reddere ad suum pristinũ, & naturale tẽperamentum, & per qons durante morbo, discrasiatum esse, & sine temperamento, qui quidẽ extraneus cũ sit corruptionem, & imperfectionem subjecto procuret, est necesse: (proprius enim calor ex bono intellectu perfectionẽ intendit) quia si actio procedit a facultate, & hæc a temperamento rationabile est ubi calor febrilis permanet qui extra tẽperamentum est facultates destruens, actiones etiã naturales corrumpat, sic contingit in tercianis febribus puris per Gal. ubi supra igitur in illis horis quibus datur spatiũ in tercianis exquisitis probirũ reparatione omnis actio naturalis pręsertim concotrix corrupta, & diminuta sit est necesse, vel depravata nã tũc mala qualitas permanẽs augeatur quãtitas est rationabile cũ Gal. unde Laurent. addens sua verba ait præsertim si vẽtriculus visiosis succis opletur (hoc autẽ omnes scimus perquã familiarissimum esse omnibus interpolãtibus) tunc enim necesse est cibum ingestum Chachochimiam augeat qua propter dicebat Hip. in pura corpora quanto magis nutrimus magis ledimus, nam tunc melius, & salubrius est posse offerre cibos quam ex facto medicum propinare, meliorẽ esse in malis potentiã quã actum affirmat Ar. in sua Methaphica igitur si ex Gal. in suo medendi Methrodo scimus non ex his, quæ a summimus sed, quę bene conficimur fieri nutritionẽ nostrã, & hoc nõ potest fieri in corpore distemperato, & febrili ut tercianario in quo non dejicit febris signum ut patet ex Gal. ubi supra, ut obsecro tercianarii reparabuntur? minime gentium cum tale corpus nec ejus facultas naturalis sit pro tunc vere ens ad hujusmodi operationem si sic est quod tunc distemperata deficiat in sua potentia, nã ut dicebat Arist. Sapientissimeq; unum quodq; entium naturalium, & determinatum ad quandam operationem in quãtum potest dicitur ens, in quantum vero non potest non est ens. nam oculus dum non potest facere vissus operationem æquivocus est, & non ens, sic etiã pari modo facultas destemperata, dum nõ potest operari perfectionem cujus est, jam tunc nõ facultas, nec ens ad reparativã operationem dicetur: sed quid æqui vocum. quare si ex ipso Aristot. idem manens idem est aptum natũ facere idem sequitur calor febrilis sic permanens intercianariis potius destructionem operabitur; nec importat sit in sensilis sive imperceptibilis in medici cognitione nam si ex facto est, tunc magis, & minus, non mutant, neque variant speciem, unde in ratione mali ex Arist. per paucum sufficit ad destruendum

Super Hipp. 2. Prog. 4.
Super Galenũ 4. Apho. 43. lib annotatio.
2. Aphorum comm. 9.
1. De animã.
1. Methau.

maxime in subjecto prædispofito inde Philosophia docet facilius esse destruereque construere,& corrumpere quã generare: quare nõ est dicendum reparantur vires in intermittentibus,ut objectio proponit durante morbo.

Nec itidẽ est dicendũ,quia vilis exquisitã tercianã faciens est humor tenuissimus,& facilis baporatu, & ad exalandũ idoneus ideo isthæc febris non esse periculosa. Respondeo. Immo est possibile in ipso impetu quo corpetit,ita perforare,& penetrare ejus substantiã suis suliginibus acrimonicis,& corrosivis a tanta,& ingentissima qualitate ortis,ut vel omnino destruat,vel quasi id faciat: non enim ad mortem sicuti ad vitam expectamus crisim nã ex Gal.3. de Crisibus multi sine illa subito mortui sunt, (in morbis enim nõ solum timemus præsentem magnitudinem imo,& futuram etiam) nam prę-ter dicta non est tan facile spatium duodecim orarum quo destruit febres hæc sua vehementi tenuitate, & errosione acrimonica ut possit securitatem promittere,nam si febris hæc ultimate fervet, & ultimate tenuatur,necesse est ultimate moveatur, & tunc si intima petat ut est possibile,& colligitur ex vomitibus, & cessibus suscedẽtibus infinitis tercianis ut ordinariæ se se nobis ad visum repræsentatur, & experientia confirmatur, qua ratione unum ex principalibus non ulceravit Erysepelavit,vel serpet? si id in suo jure habet ex Gal? Dicit enim amaram vilem,quæ flava sua natura est posse Erysepelare,vel serpenti ulcere affectare, quod timens Hipp.dixit Erysepelas extra, ad intus cõverti malum (igitur si ad intima exestimis est possibile ex Hipp. convertatur iste morbus quare in terciana ex quita si possibile est etiam ut convertatur bilis ad intima sive principalia mẽbra non occidet subito?) non ratione ignobilitatis,vel nobilitatis partis: nam tunc totum cor nobile est,imo nobilissimũ: at in cavitate ejus cum non sit sensus ex Gal. potest continere materiam sine malestia longo tẽpore,ergo in mẽbro nobili, quod igitur timet Hipp.in conversione Eresypelatis,nihil aliud estquã perforatio vilis quę cum sit tenuissima mordax,& acrimonica,potest uno parvo tẽpore occidere: transiendo de in sensibili cavitate,ad sensibile superficiale,ubi ipsum cor habet sensum si forte incipiat per ejuscabitatẽ, nam tunc displicem sensum causando in tãto membro mors pulset nihil obstat:(si sic est quod cor ex consensu medicorum non patitur continui solutionem)nam quod e corpore nostro prodeant,& possint immoderati,& incompositi motus,hoc est præcipites in ęquales & violenti ex humoribus certis deprabatis acutissimis,& ferventissimis (ex omnibus vilis deterrima) qui errodendi vim habẽt vt can-

3. De Sympht. causis. c. 1.

Lib. de rerum affectibus.

crosa

crosa ulcera phagedenas chironia,& thelaphia vocata ulcera herpetes exidentes, & in numera alia genera in cōfesso est Valeriola ex Gal. spiritu in suo locorum communium appendice c.4. de Vlceribus ubi solvere continuū predicta posse ait, sed quod id fiat,& possit brevi spatio,patet si consideremus Erysepelata ad cutim,& faciē terminata sępe sępius suo primo motu ulcerare,& corodere,ô quot formicas miliares id præstātes vidimus,ô quot tercianas in suo primo in sultulabia linguā, & palatum aphthare, & in bullas migrare: at posibilitas res ampla cum sit, & ad plura se extendat: non mirū isthæc,cor ipsum sive aliquod præcipuum potentia ipsum destruant & in periculum trahāt unde cum motus isti viliosissimi,sint tam proprii in ipsa vili,ad hoc intendens prudentissime sapienterq; peritus Mōtuus in suo.4.Halosis febrium.Sic ait unde quum pura vilis calidissima,siccissimaque sit facilimèq; turgeat,ac pavēda inferat Sympthomata quoad fieri maxime potest, refrigerare oportet ac humedare ut extraneus,accicciatas abigatur:at deturgentibus nihil timetur nisi decubitus supra præcepua mēbra,ne sua malitia ea destruāt, & repentine corrumpant, quare Hipp. purgare in eis eodē ipso die dixit si ad sui excretionem invitet materia,nā differre intalibus malum. Igitur si purgare subito convenit in his quibus humor aliquis turget sic ex toto posse refrigerare ac humetare oportet in illis qui aliqua veluti elementari qualitate cunturgentia molestantur,& periculum eæpectant. Talis est terciana exquisita in sua ultima qualitate aridissima, & calidissima. Quare Galenus. 1. de Crisibus dicebat oportere dividere superlativum abeo, quod simpliciter dicitur, quia diversam vim habet ad nostram scientiam.

De morborū causis c. ultr.

Cap.2. de tercianæ exquisitæ curat.

1. Aphorum comm.24.

His præ habitis, & dato quod febris terciana est morbus acutus cum celeritate, & magnitudine ratione seventium Sympthomatum nec non etiā sui ipsius qualitate extrema ut supra alatis patet sequitur itidem sit,& posit ipsa esse nō minus periculosa quā maligna,& Pestilens, jam enim diximus periculum cōtrahere illos morbos qui celeritate,& cū magnitudine moventur,quod quidē fere Gal.apræhensit sub lege quadam generali acutorum, sic dicēs, si autem febris superbenerit acuta,vel per acuta totū corpus deciccat,corpore quoque deciccato si Spasmus succecerit magnū malum, & periculosum erit quia nerbo ad sanandū tardante,& magnitudine morbi non breviter finiente necesse est ut mors sequatur virtute disoluta (ingētissimas numero tercianas exquisitas hisce tempestatibus nostris vidimus,quæ ratione deprabatorum Symthomatum malignis motibus convulsivis suos infirmos occiderunt) igitur magnitudo morbi ad-

2. Aphorum comm. 26.

juncta ipsius acutiem periculũ minari necesse est quia ut alia litera habet longum tempus requiritur ad siccitatem abigiendã sed morbi acuties tempus non spectat,&c. Tunc fingamus nostram tercianam exquisitam acutam ut jam probatur satis; demus etiam illã affectum extreme siccissimum, & aridissimum: nã si ipsa (a Gal.) precedit a causa aridissima, & ex bona Philosophia ab eisdem causis iidem effectus est necesse dimanent. Necesse etiam est in ipsa terciana talis sit suus effectus, & ipsa sit passio aridissima. Tunc si ad talem affectum extreme aridum, tempus nõ expectat in acutie morborum cũ ipsa terciana sit morbus acutus: sequitur necessario sequatur potius viriũ dissolutio circa eam quã humectatio siccitatis, qua ratione Gal. sapienter dixit necesse est mors sequatur virtute per siccitatem dissoluta. Ex qua, & si corpus durum factum, a fortiori ob suã duritiẽ poterat magis resistere in dissolutione suarum partium: tamen quia humore absumpto, remanet ut os, assatum, vel ut pumex, quæ, & si sicca; tamen facile solvuntur, hinc est ut intercianis febribus a materia aridissima ortis tantus sequatur horror; jubeatque Gal. pro toto posse huc metare illas. At dices in continuis hoc posse succedere. Responde quot sunt continuæ viliossæ, quæ in discursu multorũ dierum non facient, nec movevunt periculũ, quod exquisitæ tercianæ in suis primis insultibus? Nam obsecro? Si in accessionibus Hip. cum Gal. deterius tempus habẽt, quod est a primo insultu circuitus totius, usque ad tẽpus consistendi. Et in hoc tempore infirmus potest habere tam gravia Sympthomata, ut brevi, impredictis febribus juditium expectemus quia. 2. Galenũ ex magnitudine accidentium potius quã dierum, acuties, & per qoñs juditium expectari oportet: Quid erit quod in hoc possit tale juditium detinere aut obiare? quim, sit ad maximum dispendium in tam brevi tempore? maxime sicurrendo cũ Gal. doctrina non ex toto veniunt prædictæ tercianæ ad veram in febriatationem, quod quidem cũ sit quid continuũ, necesse est habeat etiam magnitudinem si sic est ex Ar. & suo fideli versore Gaza. 16. Problematum. 7. quod ad continuitatem referri debet magnitudo. Nec importat ad hoc sit absoluto modo febris cõtinua ut periculum faciat, sat est inquit Gal. sit veluti continua, hoc est aliquid continuitatis habeat; cum qua, & sevitia Sympthmatum sufficit ex Gal. 2. Aphor. cõm. 23. Virtutem vel tancito sucumbere ut moriatur æger (quem morbum magnum solẽt moderni nominare secundi, & tercii significati) vel si strenuo ad morbi expulsionem impetu sumpto, natura superior evadat; bonam Crisim fore. Si vero imparcedat, & lassata det manus malam judicationem secuturam esse,

1. Ad Glauc c. 10.

1. Aphorum. 12.

Comm. 12. ad libr. 3. Prog. vel carbo novæ vertionis.

2. Aphorum comm. 19.

esse. Igitur in isto casu terciana febris magnus quidem est morbus qui suavi, & accidentium sevitia, supra vires elevata malum judium faciet unde Galenus morbum magnum duplici ratione nominavit nempe. Vel qui ex nat. sua talis fuerit, vel etiam eum qui supra vires nostras superior evaserit. *In lib. detotus morbi temp.*

Cum igitur terciana febris, sit morbus acutus, & cum periculo, habevimus verum, posse etiam malignam, & Pestilentem esse; si ita est quod sub ipsam magnitudinem, non solum vehementia, imo, & malignitas occluditur: nã postquã Gal. morbum magnum trifariam divoluit, vel apartis præstantia, vel ab ipsa affectus magnitudine, ait ultimo, vel eo quod sit cachoetes, ex quo sub conceptu cachoetes, non dubito comprehendisse malignitatem, & per qoñs periculum, & desperatam salutem: nam. 1. Porreticorũ ait morbos cachoetes appellamus, id est, malignos, qui periculum minantes, spẽ salutis adimunt (in acutis intelligitur ut vertit Iulius in sua antargẽterica) nõ adimunt, in ulceribus. Nam κακοηθη. Grecè ut exponit Mundella in suo theatro malignum significat, unde lexicongrecus in suo indice, sic vertit. κακοήθεια. As. pro malignitate: malo more, morositate, & perbersitate: unde memor quod quando ex Hippoc. vertisti alia genera, 1. alterius moris; non debevas dicere, nisi ejusdem moris, relativum identitatis cum prædicta constitutione pestifera, de qua illis libris loquitur Hipp. quæ quidem sic perverse, & uno more eodemque pravo, & maligno, tunc temporis omnes cõprehendebat: sub illis febribus tam continius quã intermittentibus: quibus imprædicto textu memoratur. Nisi mavis iterum dicamus alia genera, hoc est, non simpliciter, & uno modo, ut solent accidere intermittentes ut implurimum ex sua simplici putredine, sed ut vox illa alia genera: sonet multarum colectionem febrium, decendentum ab uno scilicet principio, maligno quidem, & Pestilenti (hoc enim docet Logica de voce ista genus) quod quidem verum esse Hip. spiritum pro suo Textu haut dubitat nemo quem expresisse, adhuc nominẽ vidi. *4. Methodi cap. 6.* *Comm. 14.*

Non igitur in merito Gal. lib. detotius morbi temporibus intendens ampliare malignam, & cachoeticam naturam tercianæ febris, ut nobiscum simus intelligentes posse dari, & ipsam Pestilentem expresis verbis (de quibus, & si in merito miratur Montuus) sic fatur: quippe cum terciana febris deterrima omnium sit: qua voce, quo cognomine cum prisci usi fuissent, non nisi ad summam malitiã, & pernitiem comprehenderunt; nam peritissimus Zoar, collare intendẽs, certam illam Cynantiam (nostra tempestate Garrotillo) (quæ ex mutata voce, & novo sono venditur nunc ut infirmitas nova, sicuti *Cap. 6.* *Lib. 3. trrct. 3. cap. 3.*

terciana

terciana Pestilens, quasi consensu tacito, ut Cynantia, non aprehẽdatur sub voce deterrima) ut unicam lethalem, & malignorem reliquis sui generis, ideoqne incurabilem, & solutu impossibilem dijudicãs, sic ait, & hæc est deterior species, quæ possit inveniri eo quod abea aliquis non evadat. Quare intelligendum est morem esse priscorum, per vocis gravitatem: summam malitiam, & periculum exprimere. Vnde si vox deterrima imponitur per Galen. (præcæteris febribus) tercianis: credendum est per ipsam, maximam consensisse malignitatem circas eas, & tunc quis nisi bardus aliquis, suam malitiam Reticet? advertit Galenus de morborum temporibus, legem

Cap. 5. quandam esse cõmunem, omnibus Grecis, ut quarum rerum nomina apud vetustiores usurpata inveniamus, his utamur: igitur si apud Galenum voce deterrima invenimus comprehendit malitiam, periculum, & mortem, sat erit cum eo, tercianam Pestilentem, appellare, deterrimam: Sicuti cum vulgo malignam cũ Peste. quæstio quidem de nomine non facit rem, nec imponit ei quiditatem, quare dicamus deterrimam, sive Pestilentem tercianam, parum refert, sufficit dixisse Galen. tercianam esse omnium febrium deterrimam, ut inferamus posse dari tercianam ex sui maligna natura plus quã putridam ordinariam, quæ sic dicatur Pestilens, & mortalis; denominationem sumens a suo lethali effectu. Nã si ita est quod potentiæ cognoscuntur per actus, & datur per Galenum tercianam esse deterrimam, hoc est mortalem: sequitur suam potẽtiam esse inclinatam ad cædem [illegible]que vallere nam si bene perpendimus quantum valleat, vimali; & periculi ratione, vox isthæc deterrima: audiamus Plautũ, in suo Bachide, dicentem: Vide ego hominẽ nequam, verum te, neminem deteriorem: idem in most. Quid tu nunc hominum, te omnium deterrime venisti huc ostentatum? Quasi diceret ò homo. Inter teliquos pessimus, & perniciosissimus est; nam vox ista sonat quasi (mas peor cosa) nulla major, quod vertens Trebellius dicit, deterrimus; quasi detritus, hoc est, cui aliquid deest ne bonum sit: unde cum bellet Petrarcha depingere summam serborum malitiam dixit, dic servus, & dices omnia: Livius vero granum istud te rerecupiens, ait, liberorum malitiam descrivens, nunc deteriore conditione sumus, qu apud patres nostros fuerunt captivi: quasi diceret nostræ moresad periorem deterioritatem, & malitiam nos movẽt quã quæ servorum, unde Cicero mortaliũ deterrimus: & tacitus lib. 17. quod optimo dissimilimum est, id (superlative) est deterrimum: igitur si vox deterrima tantum vallet; quantum sonat, & sonat malitiã ultimate aprehensam, cõsequens est vallet, & potest deterrirem mor-

In suo promtucirco.
5. Bellorum Punicorum.
5. Definibus.

mortem, quid obſecro obſtat ſub nomine, & voce deterrima: comprehendamus ex Galeno poſſe dari, tercianam, malignam, Peſtilentem, & mortalem?

Quare danda erit terciana Peſtilens, & lethalis maxime ſi conſtitutio, quid adjuvet: tunc enim ex conſenſu totius rei medicæ, quilibet morbus, qui natura ſua ſit degener a Peſti, Peſtilens efficitur, & vi Peſtis finitur; nam demus noſtram tercianam, quod in primo ſuo inſultu, ſive ſecundo, vel tercio, aut reliquo alio: incipiat ſuo motu ebullire humidum putredinale, & demus quod iſtud ſit Peſte infectum, obſecro erit ne poſsibile, ut abea hora qua, Peſtifera iſthæc terciona hominem invadit, adeo graviſsime eum cruciet, ut dimittere vitam videatur? vel vita cum morte commutetur? e quidem nã authore eximio Antonio Cartaginenſi (Perquã Galenus) in materia de Peſti, ex mẽte Avicenæ ait, nonnullas febres eſſe, quæ initio ſuo gravius infirmum moleſtant, & incipiunt cum fortitudine ſua: & poſtea in febre hac, non ſic contingit, non nunquam ea hora qua peſtifera febris aliquem male habet adeo graviſsime eum cruciat: ut quaſi totum corpus perdere videatur. & hoc eſt, quod dixit Avicena, & febrẽ hanc aliquando incipere cum fortitudine ſua, & obſervatione videmus nonnullos, quos Peſtis corrippuit: ea prima hora virtutẽ protinus dejectam poſsidere: omneſque vires amittere, & quaſi in ultimis conſtitutos eſſe. Igitur ſi Peſtis per ſe hoc periculum facit, eadem ipſa hora, qua aliquem male habet: multo præſtantius illud operavitur, tercianæ febri, & ejus duodecim horis febrientibus adhærens; multis rationibus: nam poteſt ex ſua lege ſic eſſe magna febris, ut pote pendens a maxima cauſa, ſuperlative aridiſsima, ut primo motu putredinis, quo humidum ſecernitur aſicco, a calore naturali extrancato: hominem interimat. Vt jam ſupra ſufficienter diximus, quo magis ſi tali ſuæ qualitati, altera Peſtilens adhæreat: ut eſt poſsibile. Tunc enim gemina malitia ſi ſubito ex vno inſultu hominem arripiat, quid mirabimur? altera etiam ratione, quia ſi ex Gal. morborum circuitum appellare debemus, cum morbus ex iiſdẽ, ad eadem, per ordinem ipſum, circulum quendam ambiẽte morbo, recurrit. quaſi dicat, quod febres repẽtẽtes per circuitus, ambiũt ſive circundant nos circulo quodam, hoc eſt motu ita continuo quod non habet principium nec finem, & unum ejus extremum attingit unice alterum: quod coequatur cũ altero: quod dixit lib. 1. ad Glauconem jam ſupra alatum ubi vult nullam intermittẽtem ex toto vacare febre: quod ſi ita eſt fortiſsima ratione, evincimus te: quando probamus in terciana, non defficere fuligines Peſtilẽtes ad cor, quæ quidem

Lib. 1. de Peſti rubrica. 2. De. 3. diſermine.

Lib. de morborum temp.

Cap. 2.

quidem si nobis illico internecent, quid obstavit, quim disponent, crudeliter: pro fortissima impressione insultus futuri. Qui quidem ut in materia prædisposita, & maxime prævia, suos poterit introducere effectus. Quolibet enim ait Philosophia non agit in quolibet, imo determinatum in determinato, & maxime in magis tali. in qua consideratione Hipp. proponit febres illas tercianas, cum reliquis intermittentibus, de quibus agit. 3. Epid. sect. 3. Vbi ait multa alia genera febrium populariter vagantur, & incipiens tercianarum, &c. Finem facit inconstantium: qua parte duo denotantur adversus te, qui crasa minerva Textum vertis. Nam primum collationem facit Hipp. intermittentium, ad continuas, & ardentes, a quibus incepit: ut veniret postea ad illas; quare. 1. Vulgarium cōm. 2. Sic incipit, febres continuæ, & inde horum paucis febres ardentes; postea Text. 16, diurnæ, nocturnæ, semiterciana sinceræ; inde lib. 3. cōm. 3. Post quā de ardentibus verba facit, ultra procedens, ita loquitur; erant præterea aliæ febres, de quibus jam acturus sum, quas in memoriam trahens, ut contra præteritas jam loqueretur Textu. 64. Sic fatur, multa præterea febrium alia genera vagabantur, tercianas, &c. Vsque ad constantium, qua voce copulando suos, substātivos. Significat, quod Valeriola innuit Enarratione. 3. quasi malum juditium, ait quippe inconstantibus temporibus, cum tempestive, tempestiva redduntur, morbi constantes. & boni juditii fiunt: in incōstantibus vero, inconstantes, & mali juditii, super quem Textū vertens Leonicenus, dicit omnia, quæ non servant secundū aliquid, anni constātis ductum, ea nunc Hipp. inconstantia vocat, & eos, qui in eis accidunt morbi, ait autem ipsos difficulter, & male judicari vel enim cū casibus periculosis juditia in his morbis eveniunt, vel statim sunt pernitiosi: ut omnino faciunt recidivam. nec præteriit hoc antiqua translatio, nec Laurentiani traductio, multo minus Theodorii versio quare dicens Galenus parum infra. Omnia quidem omnibus difficulter judicavantur, est ut æqui valeret hoc significatum cum altero Textus supra noni dicentis, inconstantium: ut universaliter affirmaret, omnes illas febres, de quibus ibi egit, male, pestifere, & cū periculo fuisse judicatas: in illa pestifera, & pernisiosa constitutione: de quo in illa parte loquitur. Sed contra tuam versionem jam supra plura retulimus.

Textu. 9. — *Textu. 14. & 15.* — *Textu. 46.* — *Enarrationū 3.* — *Comm. Textu 10.*

Nec est, cur dicas ex Arculano, febres pestiferas, debere esse secundum plurimum causones, aut Synochas, & has magis, quia magna quātitas sanguinis, in corde aut prope cor reperiatur: nam hoc est pestiferum inconveniēs, & male receptum ab Arist. qui in pauca

quan-

quantitate, aprehendit tantam, ac in maxima: & sic cum Pestis sit potius qualitas, quam quantitas: posibile est imo verissimum non ex multa sanguinis quantitate, & quovis alio humore quanto, esse necessarium, produci Pestem: nam verba Aristot. isthæc sunt, dicimus etiam sicut antea, quod omne corpus(ablata particula) minuitur, qualitas autem remanet, quoniam magnitudo libræ mellis non est equalis magnitudini libræ mediæ: est tamen æqualis dulcedo quod si quis adducat virtutem augeri, aucta quantitate, minui autẽ minuta, respondemus, quod imo contrarium videtur: scilicet quod corpus est parvum, & virtus fortis, quare qualitas, seu virtus, nõ est ipsa quantitas: sed alia ratio quam corpus, vel corpusculorum congeries, quæ non sapit nisi naturam materiæ, corporisque; alioquim qualitas non operaretur. qua fortissima ratione ut potetãti viri potius obsecro credas, in tam vero simili Pestẽ, potius inveniri in qualitate aliqua, citra quantitatem, quam cum ea, quãdo extra eam sic magnam, virtus seu qualitas, non ideo desinit esse Pestilẽs, & fortis, igitur si nulla qualitas velotior, & præstantior, dari potest. Quam quæ reddundat in terciana febri: consequens est, potius in ipsa sedeat venenum pestiferũ, ac velotiori motu adversus cor irruat; nec est etiam cur dicas extra vasa, inveniri materies intermittentium. Quando contrarium testatur Materna experientia, si quidem propriis oculis sæpe sæpius vidimus, multas earum terminari per vomisiones, alvi curricula, & mea tus vrinarios: quod omne certos nos facit de hac materia intermittentium intra vasa existente, quod etiã ex nostro argenterio. in eadem confirmatione accepimus, asserente suo de consultandi ratione, nec non etiam experitissimo carolo a petra alva, libr. Medicinæ forma, quibus partibus sic fantur: materia febrium intermittentium continetur circa præcordia, ventriculum, panchreas, ommentum aut misenterium: ubi etiam plura magis invenies, quæ in tua monitione, & in probatione nostra legas oportet. Igitur si causa primitiva febrium tercianarum (præter sanguinem) manet etiam intra corpus, merito Galenus dixit in intermittentibus manere febris signum; nec non etiam contrahære periculum: suo modo realiter posse: & si ita est quid importat provectione fuliginum sit sanguis vel nõ, nam circa hoc maxima quæstio movetur de qua aliquid ad finem dicemus, immo si esset sanguis, & pro sua quantitate faceret Pestem, sequeretur quod ablato eo, in re dũdanti Cæssaret breviter Pestis, sicut videmus Cæssare Synochos febres, evacuatos usque ad animi deliquium, ut testatur Galenus de illis duobus jubenibus Palæsthinis ubi se tales febres ex larga sanguinis

Lib. Phipth. Mistica. c. 1.

Cap. 7.

Cap. 8.

1. Ad Glauc. cap. 2.

9. Methodi. cap. 4.

guinis misione jugulasse affirmat.Hoc tamen est ridiculum,& cōtra rationem (nam febris Pestilens suum contrarium modum servat) ad quod credo respiciebat jubertus quando libro de Peste suo affirmans nullam intermittentem posse esse Pestilentem adduxit in suā hoc dicens, putredo semel concepta,cor obcidet : a qua non minus quam ab inflamatione interna asidua febris concomitatur, quasi nol lit, quod nō nisi, internis inflamationibus, inveniatur febris asidua: & falitur quidem, nam Galenus pro nobis cum sit,ait lib.4. de Præsagatione ex pulsibus , intestibus affectis , & si inter inguina sint, & externe positis statim febres accendi,propter vasorum vicinitatem: ex quo demonstrat,& ut vult Hipp. nostrum corpus esse confluxum unum, conspirationem unam , & omnia consentientia ; quasi dicat, corpus nostrum esse unum non compactum: sed (ut advertit Scaliger, de subtilitate ad Cardanum Exercitatione.9.)conjunctione cōtinua; at quæ continuitate conjunguntur, ex bona Philosophia, est necesse habeant sua ultima idem: ex quo,&c. Igitur jam ultima externorum, cum ultimis internis necessario erunt unum idem. igitur in quolibet affectu, tam interno, quam externo, vna, & eadem erit delatio, & communicatio, confluxio, conspiratio, & consensus, & consequens,unum periculum: igitur demus quod materia viliosa in intermittentibus, febribus extravenetur, & non exaletur, sensibiliter: & proponamus quod externæ partes recipientes talem succum sint adeo fortes, ut posint denuo transmittere , & intravenare obsecro? Si hoc succedat, ut posibile est,& causa sit maligna, vel Pestis conjuncta illi: nonne faciet naturæ negotium,& per consequēs periculum? credo e quidem nec vana fides , immo cum Galeno , id ipsum comprobo, libr. suo Comment. 2. de Natura Humana vel ut verius ipso Hipp. Textu, ubi dicit sunt morbi vehementisimi, cum ex aliquo corporis membro forti, exorti sunt; & merito nam,ea ratione qua repellunt,necessario indicant de sua maxima fortitudine, nam tunc sagitta immissa, ex manu potenti, potius vulnerat,nec nō & carbonibus de solcotoriis fortiori ictu, quod invenit, destruit: tales sunt, & possunt esse partes externæ, in intermittētibus febribus. Si repellunt, & transmittunt; igitur , &c. Circa quod in fine latius addemus.

Lib. de alim Pauco post. principium.

Cap. 11.

Qua propter necesse est,ut huic labori finem ponamus,& ex hoc medio omnem veritatem absolvamus, nam ex Galeno fieri non potest, ut corpus abunde calidum, & siccum cum febricitat viribus sit valentibus , cui si cum hujusmodi febri , & corpore , momentanea mēbri Fhlegmone sit conjuncta, omnino æger morietur. Fingamus igitur

igitur in simili corpore quia posibile est, nostram tercianam sic calidissimam, & superlative aridissimam, ut ratione subtilitatis, necessario magis furiat; quia uno simili addito magis simile augmentatur & furescit, & cum hoc toto addamus aliquid maligni quod quidem Phlegmones vices gerat, tunc si prædictũ corpus ex sui met natura est infirmum, & morbi impectus est talis, qualis est depictus, obsecro? Nonne omnino æger morietur? Sive in primo accessionis insultu? Sive in reliquo usque ad vigoris consistentiam? Quo tempore ex Galeno ubi supra maximum impẽdet periculum? Me hercle ita erit, nec vallet quod dicis, quando asseris ex Galeno illum salvando, quod ex tercianis, non vidit unum duosve interire, quasi ex hoc salvare velis constitutionem Pestilentem, non insertam in intermittentibus, nam sufficit unum vidisset Galenus mori, hoc est unam invenisset speciem tercianarum lethalem, & Pestilentem in uno individuo, ut ex ea, tota species earum pro tunc lethalium, & Pestilentiũ salvetur, & posit salvari: si ita est, quod species non solum actu dicit diffinitionem suam diferentem de pluribus numero, sufficit ut illam simul comprehendat aptitudine; ita scilicet ut secundum eam posit convenire pluribus numero, differentibus: nam Sol, cæteri que Planetæ, secundum suam aptitudinem convenire possunt, multis singularibus: quia si multi subessent soles, ejus naturæ non repugnaret, de illis omnibus efferri? Fit inde ut Sol, & cæteræ Planetæ species sint, licet in uno individuo solum reperiantur; igitur, & pari ratione illa species lethalis, quam in uno individuo vidit Galenus, minime desinit esse talis, & posse conservari in illo solũ individuo.

¶ Restat modo aliquas positiones pro nobis firmare in quibus tota vis nostræ probationis assistit.

IN Primis enim causa continuæ febris, non est continua delatio fuliginum ad cor, motus enim nostri corporis, ex Arist. non nisi per rectum perficitur, quod ita fertur, recto etiam motu finitoque, necesse est feratur: sed non continue, quin potius reflexe moveatur oportet: at quod recto moctu reflectitur, id profecto contrariis motibus cietur: nam loco, contrarius est motus quo, deorsumitur: motus quo vergitur sursum; & is quo retrorsum, itur, ei quo contraria loca petuntur: & is item, quo dextrorsum, itur, ei, quo perg tur sinistrorsũ, hæc. n. positiones sunt locales, quæ nostro corpori in sunt: quæ ita sunt, contrariæ habentur Ar. Sed contraria mutuo seco rumpunt, sibique fiunt in pedimento; igitur necesse erat ut corpus nostrum, circulare foret ut ratio de continuitate fuliginum *Phisi. 8. cap. 8.*

ginum informando febrem continuem veritatem obſervaret, igitur par eſt motus ſuccorum in interpolatis,quam continuis: alias enim nec rigores ita perciperemus in continuis, uti in intermittentibus: conſidera, & adverte juvertum, quem in hoc conſule, de cadis. 2. Paradoxum. 4.

Cap. 8.

Si ita eſſet,ſequeretur quo talis delatio,fieret in Avic. mediãte ſanguine & ſpiritu,quod cũ ita foret ſequeretur ittidem quod tã in corde quã in reliquis mẽbris, neceſſario daretur, & expãderetur, ipſe calor febrilis:quod quam ſit in neceſſariũ, patet ex Dño fulginato, in ſuis quæſtionibus extra vagantibus, de febribus ubi ſic contrariũ fatur; poteſt dari certa proportio bilis, in corde putrefacta, quæ tamen faciat febrem, & tamẽ non expandatur in corpus totum: nã poteſt eſſe ita craſa, ut non evaporetur,qua non evaporata, eſt poſibille faciat febrẽ malignam,ad tactũ deceptivam: nec eſt alterũ minus in conveniens, quod daretur, ex tua continuitate fuliginum:nã talis fuligo pertranſiens,ad reliqua membra,ſimpliciter permutaret ſanguinem, & ſpiritum:& tunc jam daretur, ephemera febris ſimul, cum reliquis duabus ſpeciebus, quæ ex ſanguine putrido, ſive immuttato, poterant dimanare: & ſic etiam multæ febrium differentiæ ſecundũ diverſas formas,ſubſtantia, & accidenti contrarias, in uno eodẽque ſubjecto;ſecundũ partes eaſdem ſimulatas: quod quã ſit abſurdum, in cõfeſſo eſt tota Philoſophia,quod ſi nõ ſimpliciter, & ex toto per mutentur ſpiritus, & ſanguis, ab ipſa putrida fuligine: igitur jam in membris, minime ſentietur calor patreſcibilis, ſed tantum calor aliquis datus a ſpiritu,& ſanguine,naturæ. Ita facilis, & ſuavis,ut ſemper abſque aliquo periculo cõcurrat. igitur non trãſit putriloſus calor, & per conſequens,non eſt continuus,nec etiam cauſam habet eum febris continua. Nã ſi tranſiret,& continuę concureret, ſequeretur quo duplici delatione, cor noſtrum pateretur; altera prima, quæ abeo ut a primo ſubjecto, dimanat: qua per expantionem corpus caleſcit, altera, & ſecunda qua, (per recurſum quia ſanguis, & ſpiritus ſemper recurũt ad cor ſuo naturali ordine, & cor ipſum nõ ceſſat expandere,) vel ipſe calor addetur,vel cõſervabitur: & ita, erit dare quod febres continuæ. per talem continuationem fuliginum, ſic procedant in infinitum,cũ ſua remanentia:ut nunquam a ſuo ſubjecto, recedant: vel maxima cum difficultate curentur. ſed contrarium videmus, & experientia docet, igitur alia ratione, & non per continuam delationem, incenduntur, & continuãtur: nam quæ in hoc ſunt officio neceſſario multa vi,& facultate indigent,defficit hæc ubi febris lucet; igitur nõ poteſt continuaci

Quæſt. 14.

media

media fuliginum coutinuatione.

Tertiana exquisita quam sit periculosa patet, si credamus cum Galeno. 1. ad Glauc. cap. 10. Bilem, illam formantem: maxime esse aridissimam: at quæcumque aridantur, vel acalido exciccantantur, sive illo externo, humiditatem eliciente; sive interno, a frigore ejecto, extrusoque, humiditatem secum in ducente: aut hoc, vel illo fiat modo, a calore exciccantur omnia: quæ sic se habent cum altero termino indeterminabilia sunt, se se continent: & in propriis terminis, propriam servant figuram: alienos terminos, alienamque figurã, non suscipientia: quare cum corpus sit durum bilis, in sua tam ingẽti siccitate, necesse est tantum resistat, ut non cedat: indeque continuitatis suæ rationem servans, non facile ab humido medicinali separetur in suis partibus: inde dicevat Galenus. 9. Metho. obsiccitatem subjectum esse constans, & stabile, & ad propositum convulsiones ex ariditate. lethales esse quia difficile curantur, ut videre est ex Hipp. 2. Aphor. 26. & lib. de tremore, palp. & convulsione. nec nõ etiam ex. 12. Metho. comm. etiam. 4. Aphor. 57. comm. 5. Aphor. 37. & ex. 12. Metho. Sic etiam habemus, ex siccitate dolor, curatu difficilis est; vel etiam omnino curari non potest, si febris occasione contractus fuerit, & illud quidem, quia ut dicit ipse met Galen. libr. de dissolutione continua, sicca tarde quidem digeruntur, hoc autem quia ex 3. de Symptho. causis siccum, & durum quod est, nihil in se ingredi sinit, priusquam ipsum ex aliqua parte, divisum sit: at cum non nisi difficulter cedat, id ipsum etiam, difficulter consentiat est necesse: unde eodem libro affirmat ipse Galen. siccitatem nimiã, causam esse conniventiæ per quam claudatur vesice collum; igitur demus corporis temperaturam aliquã in qua siccum prævaleat humido, & calidum fugido, deserviatque illi corporis habitus gracilis, hirsutus, & nigrior, & quod in hac, super abundet etiam bilis flava, & simul cum hoc febris, & sit per nos terciana exquisita: huic nisi in tanto sicco affectui lavacrum, aut victum humidum accedamus impossibile est. Ex Galeno Metho. 10. cõmode finiatur sua accessio: quare videmus. 1. ad Glauconem aggredditur ejus curationẽ, refirgerando a humectando, ex toto posse; quare adversus Lycum hujusmodi febres, siccas vocat ipse Galenus: sed quando, per talia extrema incipit Galenus, suam exquisitam curationem: necesse est credamus, non nisi per morbos extremos, illud operatur: in quibus cum periculũ contra hunt, jubet, non alevioribus medicinã in choare, ait quippe Methodi. 5. cap. 15. minime sicuti medicorũ, nonnulli censent aparvis incipiendum esse auxiliis: nec sicut illi dicunt sen-

tiendum

tiendum ista prius esse tentanda, mox si nihil profecerint, aggrediēda majora, nam in morbis in quibus periculū non impendet, vera ea opinio est, at ubi moriendus æger prorsus est. Si phthoæ semel exceptus sit alienissimum a ratione est a minoribus in choasse: & cætera unde si in terciana exquisita videmus incipit Gal. a juscurationem a refrigerātibus, & humectantibus quantū maxime fieri potest, hoc est quantum potentia ultimata in illorum gradu percipi potest, qūs est ut terciana exquisita, quantum maxime fieri potest, sit itidem periculosa: si ita est extrema, per alia extrema, proporcionantur, & extremorū extrema sunt nulla: sicut terminorū termini nulli. qua propter sapiētissime videtur dixisse Gal. tercianam febrē, febrium esse deterrimam; quasi extra eam, nulla deterior; nā in relinquis febribus cum non dicat Gal. inveniri ultimata ariditas, sicuti in tercianis: sequitur velit in his, ita siccum inveniri, quasi humidi sit privatio: quare tercianas ita siccas, in possibile esses humectari posse, quādo a privatione ad habitum, nullus sit reggressus: quare in terciana exquisita, ubi tam extreme, ariditas insidet, nō est necesse febris continuetur in suo periculo, sat est, in sua praba qualitate, & maxime si pejor fiat inconstitutione Pestilenti, in uno suorum in fultuū, ita corpetat ut improviso. Sive reliquum principaliū destruat, aut improsperet: sic enim contingit ex uno insultu ephemeræ Pestilentis quādo uno die hominem perdit.

Ex fracastorio lib. de Cōtagio.

De hac re, maxime habemus Gal. propitium, lib. de constitutione Artis medicæ, c. 22. ubi sic ait, potest enim super fluus humor intra corpus aliquis, in particulā necessariā vitę repēte influere: quemadmodum alius rursum ex parte Principe, in vilio rem transire: enim vero, ille qui præcipuam illa tus est, summum periculum: qui in primuriam partē trans migravit, subita atque in expectata salus laborantis necessario consequatur; vide de hac re amatum Lusitanum Centuria. 5. curatione undecima ubi pulchra leges. Igitur per quam possibile est, in tercianis febribus, ex ignobilibus moveatur sua bilis, & ad aliquod præcipuorum, repens, mortem subitanam inferat; multoq; celerius, momento Pestis contaminata si ita est, quod talis motus cū sit præter naturalis, & violentus, si itidem in suo incipiēti cursu, tā fortis, quā celer: ex quo per omnia disrūpat quis abnegat?.

Quod ad tenuitatem attinet: humanarū partium ordinē sic statuimus, tenuissima pars totius, est spiritus: indebilis lōge post atrabilis, & pituita ex quo ephemera febris ut pote spirituosa, & tenuissima, facile ex toto dissoluitur accessione cessante. biliosa ut terciana exquisita, ut magis crassa, illius respectu: nō facile ex toto solvitur, quia

quin aliquod febris signum retineat etiã si cesset accesſio, ut videre est apud Gal.1. ad Glauc. c.2.at quotidiana,illarum respectu in accesſionibus integre non expugatur ut Gal.2. de differentiis febriũ, c.4.quasi diceret, multo plus relinqui in ea, ejus quod veluti accẽdi videtur: quam in terciana exquisita, in qua,inquit ipse met Gale.in termisſionis tempus magis Syncerum est: hoc est simplex,quasi mel sincera; ut colligitur ex eo quod dixit,at postquam cessaverit rigor, non multo post calor accenditur, veluti ignis effulgens purusque, omnis fumiosse fuliginis ex pers;quasi comprehendat solum affectũ, sine causa.in quotidiana autem febri, non dicit sicuti de terciana, 1. ad Glauc. c. 2. febres remanet signum, quasi syncerum, & symplicẽ calorem: quod consonat eo quod dixit. 2. de febr. diff. c.4. ubi ait, at illa cum, & humorem habeat accensioni opportunũ,& facile,sub inde propter subtilitatem quidquid ex eadẽ efferbuerit totum in ac cesſione expurgatur. dum ferbet scilicet ad puriorem quandã in febricitationẽ terminare videtur. quasi diceret sed in rei veritate non terminat, nisi secundũ apparentiã ut colligitur ex subsequentibus verbis dicẽtibus. postque accesſionem,breve aliquod putride calidi tatis vestigiũ relinquere,ubi litera antiqua ait postquã accessio breve aliquod putride caliditatis vestigiũ relinquit,quasi post accesſio nẽ talis caliditas febrilis syncera de relicta sit,in tercian⁹ exquisitis; in cotidiana autẽ,nõ sic syncera,imo sicut mel cũ sua cera;ut colligi tur ex eoquod de cotidiana febre supra profert eloquio isto,manifestitisſime autem, & in hac febre in invasionibus,atq; in incrementis accesſionum, signũ putrefectionis apparet: non dixit signũ putride caliditatis,sicuti de terciana;putrefactio enim includit tam causam quã effectum, putrida autẽ caliditas nõ nisi synceram febrẽ, hoc est caliditatem extraneam;Resultantem sine causa,quæ quidem in tercianis est veluti ignis effulgens, & purus in quotidianis autem pituitos si humoris caliditatẽ,igni fumido inlignis viridibusaccenso non male, asſimilaveris:igitur in isto loco non absolvit Gal.tercianas febres quasi ex toto vacuent calorem suum febrilẽ ? Sed solum intendit collare illas cũ quotidianis febribus,quoad tempus suarũ accesſionum,magis purũ vel minus syncerum,secundum synceritatem in materia; quare quia quæ bilis est quia tenuisſima,& veluti quodam purũ elementum, & ideo magis perforativa. corosiva,& acrimonica, ideo de tercianis loquens, sapienter dixit terciana febris febriũ deterrima,de cotidianis autẽ,quia siccus hebes,& magis in mobilis, tantũ dixit quotidiana periculosa,& non sine periculo,1.ad Glauc. *Cap. 8.*

Sit Gloria Omnipotenti Deo. & ejus Virgini semper Matri. Amen.

Impresso con licencia.